

citur, & Malmogiam ducit. Harum portarum etiamnum extant vestigia, ijs enim adhuc locis rudera relicta sunt. Vallo autem diruto (quod quando, velx qua occasione sit factum, haud facile est dicere) non per tres tantummodo, sed per plures etiam, puta sex vel septem nunc vias, cuius patet in vibem intri- tus. Plurima olim erant in hac vrbe templa, & quidem parochialia non pauciora viginti duobus, inter quæ primas semper tenuit ædes Laurentiana Cate- dralis in medietate ferme ciuitatis sita, vasta & inprimis magnifica. Exsecro enim lapide constructa est, & plumbeis laminis tecta rota, cuius edificatio Sic- none I. Rege (qui sub annum Domini 1017. mortuus putatur) cœpta, ab Egino tandem huius loci primo omnium Episcopo, & proximo huius successore Richualdo, accedente opera & studio S. Canuti Regis perficitur, dedicatione peracta. Anno Domini 1085. XII. Kalend. Iunias, hoc est ante Canuti Regis æ- dem, anno proximo. Quo tempore collegium etiam Canonicorum primum institutum est, Ecclesia & Ecclesiasticis ab Rege Canuto dotatis quàm libra- lissimè. De qua re Saxo lib. XI. Initio Canonici non ultra nouem fuere, quibus Præpositus erat additus, reliquorum velut Antesignanus: Sequentibus autem temporibus hic numerus sic auctus est, crescentibus etiam per maiorum liberalitatem, redditibus annuis vt præter Prælatos quatuor, Præpositum, Decanum, Archidiaconum & Cantorem, Canonici extiterint numero ad 24. Vicarij longè plures.

Sed de reliqua ædis Laurentianæ, de Horologij, de Hypogæi siue Cryptæ, de Altarium magnificentia plura vide in Indice.

Ecclesiæ adiacet ad occidentem Schola Triuialis illa quidem, verum celebrior multò, quàm in alijs Schaniæ ciuitatibus. In hac Scholarcha semper esse consuevit Magister Artium promotus, cui iunguntur Hypodidascali quatuor, ex quibus, qui supremus est, Capituli Lundenses constitutione, Artium Bac- calarius esse tenetur.

Versus meridiem ab altera templi Laurentiani parte forum est, & id per amplum, vnà cum prætorio. Frequens huc confluit, quotidie ferè, vendentium ac ementium turba, præterquam, quod bis annis singulis, tota penè vrbe Mercatus celebratur longè frequentissimus, idque sub Ascensionem dominicam, & circa festum Laurentij. Plura de istius vrbis historia sedulus lector in operis Indice inueniet.

MALMOGIA. Germanis

ΕΛΒΟΓΕΝ.

Malmogia, inter recentiores est Schaniæ Ciuitates, vt pote, anno primum à nato in carnem Seruatore 1320. vel circiter, condita. sub ipsa initia gubernationis Christophori II. Daniæ Regis, Eadem tamen nunc penè Metropolis est Schaniæ, idque per mercimonia, quibus inclauit, ex quo piscatio circa hanc vibem cœpit esse frequens, Lundia nonnihil remittente de pristina celebritate, & claritudine. Maritima hæc est, à Lundia vix duobus distans milia- ribus Germanicis, versus Meridiem, à Coronica quatuor totis. Incolæ hanc nominant. Malmoe, quod latinè redditur Malmogia, vel secundum quosdam, Malmogium. Olim inferiorem Malmogiam hanc dictam legimus ad differentiam fortè pægi cuiusdam vicini, qui à mare remotior & loco aliquantum edi- tiore situs eandem obtinuit appellationem, ita tamen vt superior dicetur Malmogia, quæ admodum hæc inferior. Danicè *Offre Malmoe*, os *Maldre Malmoe*, sublata pago cognomine, cuius nunc extant vestigia, hæc sine additamento nominatur Malmogia, quam Germani sua lingua constanter appel- lant *Elbogen*, quod cubiti formam referat, Ancoram posses dicere. Est enim ad hanc ciuitatem maris flexus quidam quem frequentasse Germanos est veri simile, piscationi olim causa in Schaniam profectos, etiam ante Malmogiam conditam. Multis olim immunitatibus donata fuit hæc vrbs, quibus etiam, num gaudet. Illud autem præter cetera peculiare huic concessit V. Valdemarus Margarethæ pater, Daniæ Rex, quo tempore Schania primum tota potius est, sub annum Domini 1360. vel circiter, vt à telonij, quod vocant, solutione immunes essent Malmogenses omnes, in quamcunque Daniæ oram cum mercibus venire his contingeret. Id priuilegium renouauit, & confirmauit Ericus VIII. recentioribus illis Schaniæ ciuitatibus Malmogia, atque Coronica, quam po- steriorem ipse condidit, Arce munitissima insignis est Malmogia, & ædificiorum magnificentia, quæ nusquam sunt per Schaniam, quàm in hac vrbe magis splendida. Quo loco nunc arx est ad occidentem nimirum ciuitati olim ædificia quædam erant paulo quàm, in reliqua vrbe magnificentiora, curiam dixè- re seu habitationem monetarij, Danicè *Mytbergærden*. Hæc ab Erico VIII. Daniæ Rege primum extructa, Anno Domini 1424. adiectis cibonis quibus- dam ruralibus, cum in bello Comitiano eam diruissent ciues seditiosj, iterum à Christiano tertio restaurata est, & ad eam, qua nunc spectatur, magnificen- tiam perducta. Hæc restauratio inchoata est, anno Domini 1537. Qua parte mare & circum respicit Malmogia, muro tota cingitur, portis etiam quibusdam peruis, ex quibus duæ sunt celebratissimæ. Altera quæ in arcem itur, altera, qua ad pontem, quo mare infernitur, ad quem appellant minora tantum nauig- gia, & si quæ Cimbæ aut naues actuariæ, cum hominibus, vel mercibus, seu Hafnia adueniunt, seu Malmogia soluunt Hafnia nauigaturæ, vt est loco ex Scha- nia in Sialandiam traiectus frequens, miliarium circiter quatuor. Naues autem maiores, seu onerariæ, Holcades dictæ, tum Græcis tum Germanis, procul à ponte, vel ciuitate consistunt, velut in portu, tolerabili quidem illo, verum non admodum tuto præsertim flante circio. Reliqua vrbs pars, versus Conti- nentem, & Austrum, vallo ac fossis probè munita est, paludibus etiam quibusdam tutam eam præstantibus nisi vbi & horti sunt (sunt autem circa hanc vr- bem frequentes) vel viuaria, siue piscinæ. Portæ hic sunt præcipuæ: Orientalis vna: Altera Meridionalis, quibus & turres impositæ videntur, cum tormentis maioribus haud paucis, quæ ex turribus prominent: Tertia porta Occidentalis non æquè frequentatur, vt superiores duæ, nisi cum sub litus Schaniæ exer- cetur Halecum piscatio, quod fit quotannis ferè, inde vsque à festo Bartholomæi, ad Dyonsij, per septimanas circiter sex continuas. Est enim hæc porta ma- ri vicinior, eoque per eam, sicut & per maritimas illas, magna passim importatur per id tempus halecum seu harengarum copia: celeberrimus enim tunc, & quotidianus est vrbe tota mercatus, exoticiis etiam mercibus quam plurimis in vibem importatis nauigiorum beneficio, per portas maritimas. Quin & per Orientalem portam, ac Meridionalem, non hoc tantum tempore, sed per totum alioqui annum, plurimum inuehitur frumenti, & aliarum rerum vena- lium, vt bouum, agnorum, equorum, & si quid est generis eiusdem, fœnum, quoque & ligna, atque carbones, quamuis ligna suppeditant & nauigia. A salibus enim, seu syluis aliquanto remotior est hæc ciuitas. Media penè vrbe forum est spaciosum admodum, & in eo versus ortum domus ciuica, siue prætorium, amplum inprimis, atque magnificum sub annum à nato Christo 1546. impensis ciuitatis haud medicribus exstructum, diruto prius quod in ea vicinia est, Monasterio Franciscanorum. Est in medio nunc foro cisterna longè spaciosissima, quæ per canales & cuniculos quosdam subterraneos, eo ex quodam extra vibem riuiulo deducta, ad vsus quotidianos, & accessarios omnibus in vicinia habitantibus, aquam fundit copiosissimam. Non procul à foro, Orientem ver- sus, templum est D. Petro Apostolo olim dicatum, spaciosum id inprimis & magnificum, latericium tamen, fundamento excepto, cui ad occidentem adha- ret turris, imposita ei pyramide per quàm edita, laminis partim cupreis, partim plumbeis tecta tota. Quin & supra chorum eminet pyramis, verum priore & angustior multo & humilior. Hoc templum parochiale est toti ciuitati, quamvis frequentissime Templo ad Orientem iunctum est Sacellum, non magnum quidem illud, celebre tamen, in quo sacra olim fiebant, nunc pro Bibliotheca usurpantur. Templo adiacet versus ortum brumalem Schola, eaque per cele- bres, in qua Rector siue Scholarcha vnus est, Hypodidascali autem quatuor.